

LXXXVII

quid tibi facere expediat. quando ille qui in utero sanctus fuit tam aspera deserta intravit tanto tempore ibi fuit. tam aspera vestimenta detulit. et cibo tam aspero usus fuit. Nam ut penitentiam non effugeres saluator dominus exemplum penitentie tibi dedit duos desertum intravit et quadraginta diebus sine cibo ibi fuit. **S**eptimum movens ad penitentiam est gloria penitentibus repromissa. quis est adeo debilis qui non ieiunaret si statim post ieiunium mille aureos accipere deberet. Quis adeo est avarus qui pro deo non traderet unum numum si mox produs auri se crederet accepturum. Quis adeo gulosus est qui a pane ordeaceo non ad horam abstineret si statim post horam preparata tibi nobilem cenam sciret. Quis a meretrice fetida non se ad horam abstraheret si mox omnes delicias in meritum accepturum se crederet. Nam et canes currunt leporem querunt. in ventum multo cum laqueo invadunt. nec tamen comedunt. sed modicum panem quem pro merito expectant accipiunt. Quanta ergo stulticia est nolle temporale bonum pro eterno tradere. velle pro precioso. ymum pro summo. finitum pro infinito et quod necessario perditur nolle dare pro bono sempiternaliter duraturo et propter hoc dicit Bernardus. Illi qui penitentiam perdidit. me tibi qui si declinando pugnam perdis. quod perdes gloriam vel victoriam sibi et coronam. Per penitentiam nempe potest homo perditam invenire coronam. Hanc perditorem corone plorat Hieremias. Trenor vultimo in persona peccatorum. Accidit inquit corona capitis nostri. ve nobis qui peccavimus. Quis doleret filius regis francie si coronam quam deberet habere in capite. contingeret eum culpa aliqua perdere. Tu ergo non doles si coronam perpetuam perdidisti. De hac corona dicit Iacobus. Beatus vir qui suffert tentationem. Septimum movens ad penitentiam est eterna pena penitentibus preparata. Quis enim est bos tam ferocis qui timore stimuli non rectus incedat. Quis

asinus? ita rudis qui timore baculi os a blado non retrahat. Quis equus adeo durus qui calcaria non paveat. Nullum omnino est animal quod suam salutem non appetat et sibi nocivum per naturam non fugat. Ergo si tu vis fugere penam age penitentiam. nam et ipsi infernales durissimam agent penitentiam sed infructuosam. Nam irremediabiliter plorabunt. linguas suas pro doloribus maducabunt. sibi invicem carnes vorabunt sed nihil eis ista valebunt. Sap. v. Tunc dicet intra se penitentiam agentes et pro angustis spege. Quod valebit plorare ubi nullus sacerdos potest absolovere. et tamen tantum plorabunt. quoniam non sunt in mari tot gutte aque quot ab oculis uniuscuiusque sunt exire. Nec mireris quia sic necesse est esse. Nam constat maris gutta infinita. quia finite omnes sunt necessario partes finiti. quia si partes infinite essent. partes totum excederent quod impossibile est. Cum ergo corpus finitum sit mare. et partes eius gutte constent quod numero sunt finite. At laqueum cuiuslibet damnati sunt infinite nullo unquam tempore finiende. Plures ergo erunt damnati cuiuslibet lacrimae quae sub celo sunt gutte aque. propter hoc dicit Hieremias. In tribulatione maxima erunt nisi penitentiam egerint. Non ergo dicas o homo gravis est penitentia. sed sapienter tecum tracta. quod si modo ieiunare non potes quomodo in inferno perpetuo ieiunabis. Item si elemosinam dare non potes quia forte mendicatus sis. quomodo mendicitatem illam perpetuo sustinebis. Item si nihil modo contrarij pati potes. quomodo habitare poteris cum ardoribus sempiternis. Ergo si vis ista effugere nunc penitentiam age quia ille qui precipit hominem penitere. Ipse est qui dat portare et facit opus leve. quod alias esset grave. Rogemus ergo christum etc.

Dominica quarta
sermo. lxxxviii.

81